



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Decimum sextum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

## Notatio ad Caput Decimum sextum. A

S.Thomæ  
Monaste-  
rium.

**D**E S. Thomæ monasterio Cæsarius agit lib. i. dial. cap. 42. adiacet in Eifflia fluuo Kill. Antistitam Elisabeth existimo fuisse eam sanctam Virginem Cisterciensem, cuius memoria in vita B. Iosephi Steinfeldensis usurpatur.

Aduertatur etiam sepulchrum S. ENGELBERTI in Conradi de Hochsteden opere Metropolitano non dextrum, Quā vetus sed sinistrum Basilicæ latus, in facello D. Catharinæ, haud sit commoratio S. Engelberti procul sacrario iuxta Philippum Archiepiscopum tenere, vti ex eleuationis constat relatione. In Necrologio Metropolitanus ara S. Catharinæ dicata, appellatur etiam altare D. ENGELBERTI.

Nam pridie Idus Martij vetustissimis literis signatum est : à Theoderico de Brule Canonicō Diacono ad altare D. ENGELBERTI Archiepiscopi (quod D. Catharinæ est) perpetuo, ut sacris operaretur, sacerdotem ex bonis suis in Leggenich institutum fuisse & dotatum. Unde & colligere licet quanta sit honoris S. Nostro habitu antiquitas. Diligens etenim rerum inuestigator priscarum, Theodericum Canonicum & B. ENGELBERTVM deprehenderet fuisse coetaneos. Testes sunt tabulæ de sylua Hüss Holtz ad annum Domini 1220. libro superiori allatæ. Testes sunt ipsæ B. ENGELBERTI literæ ex Vilecensi tabulario depromptæ, quæ anno 1219. laudant testes Theodericum de Brule (de quo nos hic) Lambertum de Dollendorp, Ger- D jacum de Multzfort, Canonicos maioris Ecclesiæ.

## §. Pater ignosce illis.

Remissio  
offensarū.

S. ENGELBERTI pro inimicis suis deprecationem, hucusque referre Cæsarius distulit ; eum inter media vulnera & mortem affectum erga inimicos celebrant Amplissimus Cardinalis Bellarminus libr. io. de verbis Domini cap. 7. & de

de ijsdem R. P. F. Godefridus Litius *in tractatu de passione.*

**A** Quæ Monachienses fasti Mariani de eadē inimicorum dilectione in SANCTO NOSTRO afferunt, ad refrānandos vehementiores in homine Christiano motus, hic adscribi merentur:

*Imaginis inscriptio.*

Qui pascitur inter lilia,

S. ENGELBERTVS Ep. M.

Remissio offensarum.

**B** Optimum vindictæ genus est culpam ignoscere, & humanitatis beneficia non negare, mala pati & stillicidia gratia communicare, hoc supernæ Deitatis opus est, quæ quotidie innumerabiliter inuriis laces- situr & sustinet, blasphematur & non irascitur.....]

Non minus pie quam fortiter est mortuus ENGELBERTVS. Nam ut taceam Virginem solemnī omnibus diebus mercurij ieunio cūltam, monitus per literas de insidijs, animum quidem confessione purgauit & lachrymis expiauit, cæterum ut ne hostem proderet, igni literas dam- nauit. Fridericum deinde, cum iam parturiret vltimum ſcelus, hospitio non ſemel cum suis excepit, neque Comitem habere viæ abhorruit, ut que malus genius ex ore alieno palam fassus est, moriens Chri- ſto Christi verbis pro hostibus suis suppli- cauit, facultatem ob id nactus mira (quæ in- numera ſunt) patrandi. Sub idem fere tempus lunæ ge- minam alteram lunam Cœnobita vidit gladio insignem, ne dubitaret.

**D** Orbis ſideribus nouum ſidus Engelbertum additum.]

### Caput Decimum septimum.

*De celeri vindicta occitorum eius & morte Friderici Comitis.*

**S**VPERES TENUNC, ut dicamus, quanta & celeritate & ſeueritate omni- potens Deus famuli ſui ſanguinem, tum per ſeipſum, tum per huma- num ministerium vindicauerit. Quantum enim diſplicuerit ſacrilego-

rum...